

1722.

1283 — 1307.

Johan Ingewaldssons Fru, HELGAS testamentariska anordning af Hjelmstätter och andra gårdar, penningar, kläder, m. m. till kloster, prester och åtskilliga namngifna personer.

A. 3. k.

In nomine patris et filij et spiritus sanctij Amen, Ego HELGA vxor domini Johannis Ingiwalds sun, vltime uoluntatis mee testamentum in honorem ihesu christi et meorum remissionem peccatorum ordino sub hac forma, Sanctijmonialibus in Fothø ubi secundum consilium dilectij mariti mej et diuine provisionis ordinationem eligo sepulturam, Confero vigintj Marchas argentij cum omnibus paramentis altaris et sacerdotalibus indumentis de Ballichino, Jtem monachis de Jullyttum quia parentes mei ibi plurimi sunt humatj, Confero unam curiam que dicitur, Hialmssetrgh cum omnibus mobilibus et immobilibus Jtem in honorem beate uirginis et specialem deuotionem patris nostri fratris thorstanj fratribus predicatoribus in sictunia assigno tres marchas argentij, Jtem fratribus predicatoribus in westraerus pro vna casula in qua in honorem beate uirginis missa dicatur in sabbatis, unum exametum do ad honorem eiusdem virginis gloriose, Jtem fratribus predicatoribus in strengines vnam Marcham argentij, Jtem fratribus de Eskilstunum similiter unam Marcham argentij, Jtem omnibus sacerdotibus in quorum parachiis (!) mansionem habemus assigno cuilibet vnam vaccam, Jtem omnibus seruis et ancillis que tam dilecto meo marito quam mihi attinent cum consensu suo confero libertatem, Jtem domino Johanni sacerdotj qui mihi fideliter seruiuit do predium quod possedj in Mohereth, Jtem sigwido unum anulum cum saphiro, Jtem Byrgero, quinque solidos terre in vlvagruth in nericia, Jtem Raginj vnica uestes de skarleto, Jtem Elene vnum mantellum de skarleto cum uarijs subforatum, Jtem Margarete unum par uestimentorum de skarleto, Jtem sigridi unum par de genstblath, Vt autem in omnibus premissis plena in posterum posset esse stabilitas ea ordinaui cum dilecti maritj mej consilio et consensu, cuius eciam sigillum cum sigillis dilecti fratris mej domini Anundj et prioris insulensis presentibus est appensum.

På fränsidan: Littera super Hyælmsæthre propter quod optinuimus Torp et ragntorp.

Sigillen, alla tre, föga skadade.

1723.

1283 d. 27 Juli.

Sunderborg.

Konung Eriks i Danmark tillstånd för flere Tyska städer vid Östersjön, att besöka Skånska marknader samt nedsätta sig, handla och vandla i riket, såsom från äldre tider varit vanligt.

L. c. 133 *). —

ERICUS, Dei gratia Danorum Slauorumque Rex, Omnibus, hoc scriptum cernentibus, in Domino Salutem.

Nouerint

Efter originalet i Lybeck.